

## liber octauus

Incipiunt capitula libri octaui.

- i **¶** De questione naturalis theologie cum philosophis excellentioris scientie discutenda.
- ii **¶** De duobus philosophorum philosophorum generibus id est pythagorico et ionico eorumque auctoribus.
- iii **¶** De socratica disciplina.
- iiii **¶** De principio inter discipulos socratis platone quod omnem philosophiam triplici ratione distinxit.
- v **¶** Quod de theologia cum platonicis potissimum disputandum sit quorum opinio omnium philosophorum postponenda sint dogmata.
- vi **¶** De platonicorum sensu in ea parte philosophie que philosophica nominatur.
- vii **¶** Quamto excellentiores ceteris in logica id est rationali philosophia platonicis sint habendi.
- viii **¶** Quod etiam in morali philosophia platonicis obtineat principatum.
- ix **¶** De ea philosophia que ad veritatem fidei christiane propius accessit.
- x **¶** Que sit inter philosophicas artes religiosi excellentia christiani.
- xi **¶** Unde plato illam intelligentiam potuerit acquirere qua christiane scientie propinquauit.
- xii **¶** Quod etiam platonicis licet de vno vero deo bene senserint multis tamen dominus sacra facienda consueverunt.
- xiii **¶** De sententia platonis qua diffiniuit deos non esse nisi bonos amicosque virtutum.
- xiiii **¶** De opinione eorum que rationales animas trium generum esse dixerunt id est in dominis celestibus in demonibus aeris et in hominibus terrenis.
- xv **¶** Quod neque propter aera corpora neque propter superiora habitacula demones hominibus antecellunt.

- xvi **¶** Quid de moribus demonum apuleius platonicus senserit.
- xvii **¶** An dignum sit eos spiritus ab homine colere a quorum vicinis etiam oporteat liberari.
- xviii **¶** Qualis sit religio in qua docetur quod homines ut comedentur dominus bonis demonibus vni debeat aduocatis.
- xix **¶** De impietate artis magice que patriam mittit spirituum malignorum.
- xx **¶** An credendum sit quod dii boni libentius demonibus quam hominibus misceantur.
- xxi **¶** An demonibus nunciis et interpretibus dii utantur fallique ab eis aut ignorent aut velint.
- xxii **¶** De abiectio cultu demonum contra apuleium.
- xxiii **¶** Quod hermes termegistrus de ydolatria senserit et unde scire potuerit superstitiones egypcias auferendas.
- xxiiii **¶** Quod hermes parentum suorum sit confessus errorem quem tamen doluerit destruendum.
- xxv **¶** De his que sanctis angelis et hominibus possunt esse omnia.
- xxvi **¶** Quod omnis religio paganorum circa homines mortuos fuerit impleta.
- xxvii **¶** De modo honoris quem christiani martiribus impendunt.

**N**unc intentiore nobis opus est animo multo quam erat in superiorum solutione questionum et explicacione librorum. De theologia quippe qua naturalis vocant non cum quibuslibet hominibus non enim fabulosa

est vel civilis hoc ē vel urbana vel thea-  
trica. quaz altera iactat deoz cri-  
mina. altera indicat deoz desideria cri-  
miniosa ac p hoc malignoz potius  
demonū q̄ deozū: sed cū philoso-  
phis est habēda collatio: quoz ip̄ni  
nomē si latine interp̄temur amorē sa-  
pientie p̄fitur. Porro si sapiētia de⁹  
est p̄ quē facta sūt om̄ia sicut diuina  
auctoritas veritasq; mōstrant: verus  
phus est amator dei. Sed q̄ res ip̄a  
cuius hoc nomē est nō est in om̄ib; q̄  
hoc nomē gloriatur: neq; enī otinuo  
vere sapiētie sunt amatores quicūq;  
appellatur philosophi: profecto ex  
om̄ib; quoz sentētiās literis nosse  
potuimus elegēdi sūt. cū quib; nō in-  
digne questio ista tractet. Neq; enī  
hoc ope om̄es om̄iū phoz vanas  
opinionēs refutare suscep̄i: s; eas tm̄  
que ad theologiā p̄tinent. quo verbo  
greco significari intelligimus de di-  
uinitate racōnē siue sermonē. nec eas  
om̄iū h̄ eoz tantū. qui cū et esse diui-  
nitatē et hūana curare cōsentiat. nō tm̄  
sufficere vniū in cōmutabilis dei cul-  
tū ad vitā adipiscendā etiā post mor-  
tē beatā: sed multos ab illo sane vno  
conditos atq; institutos ob eā causā  
colēdos putant. **D**ij iam etiā varro-  
nis opinione veritatis p̄p̄m̄tate trās-  
cendūt. **S**iquidē ille totā theologiā  
naturalē usq; ad mūdū istū visibilem  
vel animā eius extēdere potuit: isti ve-  
ro supra omnē animē naturā cōstitentē  
deū. qui nō solū mūdū visibilē qui sepe  
celi et terre noīe nūcupatur. sed etiam  
omnē omnino animā fecerit: et qui ra-  
tionalē et intellectualē cuius generis  
anima hūana ē participacōne sui lu-  
minis in cōmutabilis et incorporei be-  
atā facit. **N**os phos platoncos ap-  
pellatos a platone doctore vocabulo  
diriuato nullus qui hec vel tenuit au-  
diuit ignorat.

**D**e hoc igitur platone q̄ ne-  
cessaria p̄nti questioni existi-  
mo breuiter attingā: p̄us il-  
los omemoras qui cū in eodē genere  
lraz tēpore p̄cesserūt. Quantū enim  
attinet ad lras grecas q̄ lingua inter  
ceteras gentium clarior habetur duo  
phoz genera tradūtur: vnū italicū  
ex ea pte italie que quondā magna  
gretia nūcupata est: alterū iomicū in  
eis terris vbi et nūc grecia noīata ē.  
**I**taliciū genus auctorem habuit pi-  
thagorā samiu: a quo etiā ferunt ip̄m  
philosophie nomē exortū. **N**ā cū an-  
tea sapiētes appellaretur. q̄ mō quo-  
dā alijs prestare videbantur: iste in-  
terrogatus q̄d p̄fiteret. phm se esse  
respondit. id est studiosū vel amatōrē  
sapiētie: qm̄ sapientē p̄fiteri arrogā-  
tissimū videbatur. **I**omicū vero gene-  
ris princeps fuit thales milesius vno  
illoz. septē qui sūt appellati sapiētes:  
sed illi sex vite genē distinguebatur:  
ex quibusdā p̄ceptis ad bene viuēdū  
accōmodatis. **I**ste autē thales ut suc-  
cessores etiā p̄pagaret rerū naturam  
scrutatus. suasq; disputacōes literis  
mandās emituit maximeq; admirabi-  
lis extitit: q̄ astrologie numeris op-  
tēns. defectus solis et lune etiā p̄di-  
cere potuit. **A**quā tamē putauit rerū  
esse p̄cipiū et hinc oīa elemēta mūdi  
ip̄m q; mūdū et q̄ in eo gignūt existē.  
**N**ihil autē huic operi. qd̄ mūdo cōfi-  
derato tā mirabile aspicimus: ex diui-  
na mēte p̄posuit. **H**uic successit anaxi-  
mander eius auditor: mutauitq; de  
rerū natura opinionē. **N**ō enī ex vna  
re sicut thales ex humore: sed ex suis  
proprijs principijs quasq; res nasci  
putauit. **Q**ue rerū principia singula-  
rū esse credidit infinita. et innumera-  
biles mūdōs gignē. et quecūq; in eis  
oriūtur: eosq; mūdōs modo dissolui-  
modo iterū gigni existimauit quāta

quisq; etate sua manere potuit: nec ipse  
aliquid diuine menti in his reru opi-  
bus tribuens. Iste anaximenes disci-  
pulum et successorem reliquit: qui omnes  
reru causas aeri dedit infinito nec de-  
os negauit aut tacuit: non tamen ab  
ipsis aere factum sed ipsos ex aere ortos  
credidit. Anaxagoras vero eius au-  
ditor haru reru omnium quae videmus esse  
etorem diuinum animi sensit: et dixit ex infi-  
nita materia quae ostaret similibus inter se  
particulis reru omnium quibus suis et proprijs  
singula fierent: sed animo faciente diui-  
no. Diogenes quoque anaximenes al-  
ter auditor: aere quidem dixit reru esse  
materiam de qua omnia fierent: sed eum  
esse compositum diuine rationis sine qua  
nichil ex eo fieri posset. Anaxagore  
successit auditor eius archelaus: etiam  
ipse de particulis inter se similibus quibus  
singula quaeque fierent ita putauit com-  
stare omnia ut in esse etiam mentem dice-  
ret quae corpora eterna id est illas parti-  
culas coniungendo et dissipando ageret  
omnia. Socrates huius discipulus  
fuisse probiter magister platonis prope  
quae breuiter cum ista recolui.

**S**ocrates ergo primus vni-  
uersam philosophiam ad corrigendos  
opponendosque mores flex-  
isse memoratur: cum ante illum omnes  
magis philosophicis id est naturalibus re-  
bus perscrutandis operam maximam impen-  
derunt. Non michi autem videtur posse  
ad liquidum colligi: vtrum socrates ut  
haec faceret tedio reru obscuraru et in-  
certaru ad aliquid aptum et certum repen-  
dendum animum intenderit: quod esset beate  
vite necessarium propter quam vitam omnium  
philosophorum munitur ac laborasse videtur  
industria: an vero sicut de illo quidam  
temerolentius suspicatur: nolebat in-  
mundos terrenis cupiditatibus animos se  
extendere in diuina et conari: quoniam quidem  
ab eis causas reru videbat inquirere

primas atque sumas non nisi in vni-  
uersi ac summi dei voluntate esse crede-  
bat unde non eas putabat nisi munda  
et pura mente posse apprehendi: et ideo  
purgande bonis moribus vite cense-  
bat instandum: ut depermentibus libidini-  
bus exoneratus animus: naturali vi-  
gore in eterna se extolleret: naturamque  
incorporei et incommutabilis luminis  
vbi cause omnium factarum naturarum sta-  
biliter viuunt intelligentie puritate con-  
spiceret. Constat eum tamen imperitorum  
stulticiam: scire se aliquid optimatum etiam  
in ipsis moralibus questionibus quo totum  
animum intendisse videbatur: vel offensa  
ignorantia sua: vel dissimulata sci-  
entia lepore mirabili differendi et acutis-  
sima urbanitate agita se atque versasse.  
Unde et concitatis inimicis  
calumiosa criminatione damnatus: morte  
multatus est. Sed eum postea illa  
ipsa quae publice damnauerat attulit  
sua ciuitas publice luxu in duos accu-  
satores eius usque adeo ipsius indignatione  
conuersa: ut vnus eorum oppressus  
vi multitudinis interiret: exilio autem  
voluntario atque perpetuo alter pena simi-  
lem euaderet. Tam per clara igitur vite  
mortisque fama socratis: reliquit plu-  
rimos sue philosophiae sectatores: quorum cet-  
atim studium fuit in questionum moralium  
disceptatione versari vbi agitur de sum-  
mo bono sine quo fieri homo beatus  
non potest: quod in socratis disputacionibus  
dum omnia mouet: asserit destruit: quoniam  
non euidenter apparuit: quod cuique pla-  
cuit inde suspenserunt: et vbi cuique visum  
constituerunt finem boni. Finis autem ap-  
pellatur: quo quisque cum puenerit bea-  
tus est. Sic autem diuersas inter se so-  
cratici de isto fine sententias habuerunt:  
ut quod vix credibile est vnus magistri  
potius se facere sectatores: quidam sum-  
mum bonum esse diceret voluptatem: sicut  
aristippus: quidam virtutem sicut aristoteles:

Sic alij atq; alij aliud atq; aliud opi-  
nati sunt. quos commemorare longum  
est. **Capitulum quartum.**

**S**ed inter discipulos socratis non  
quidem immerito excellentissima  
gloria claruit quae omnino ceteros ob-  
scuraret: plato qui cum esset atheniensis  
honesto apud suos loco natus et in-  
genio mirabili longe suos discipu-  
los anteciret: parum tamen putans phi-  
sophiae philosophiae sufficere seipsum ad  
socraticam disciplinam quam longe lateque  
potuit peregrinatus est: quamquam versus eum  
alicuius nobilitate scientiae percipiente  
fama rapiebat. Itaque et in egipto di-  
dicit quaeque magna illic habebantur  
atque docebantur: et inde in eas italiam pe-  
tessemus ubi pythagoreorum fama ce-  
lebrabatur. quae quod italica philosophiae tunc  
florebat auditis eminentioribus in ea do-  
ctoribus facillime apprehendit. Et quae ma-  
gistrum socratem singulariter diligebat  
eum loquentem faciens. fere in omnibus ser-  
monibus suis etiam illa quae vel ab alijs didi-  
cerat. vel ipse quanta potuerat intelligere  
tiam viderat: cum illius lepore. et morali-  
bus disputacionibus tempus auit. Itaque cum  
studium sapientiae in actione et contempla-  
cione versetur. unde una pars eius acti-  
ua. altera contemplatiua dici potest. Quae  
actiua ad agendam vitam id est ad mo-  
res instituendos pertinet. contemplatiua autem  
ad aspiciendas naturae causas. et sinceris-  
simam veritatem: socrates in actiua ex-  
celluisse memoratur. pythagoras vero  
magis contemplatiue quibus potuit intel-  
ligentiae viribus instituisse. Proinde pla-  
to utriusque iungendo philosophiae profecisse lau-  
datur quam in tres partes distribuit: unam  
moralem quam maxime in actione versatur  
Alteram naturalem quam contemplationi depu-  
tata est. Terciam rationalem. quae verum distem-  
minatur a falso. Quae licet utrisque id est  
actioni et contemplationi sit necessaria ma-  
xime tamen contemplationem inspectionem sibi ve-

dicat veritatis. Ideo haec tripartitio non est  
contraria illi distinctioni: quae intelligitur  
omne studium sapientiae in actione et contempla-  
tione consistere. Quod autem in hijs vel  
de hijs singulis partibus plato senserit.  
id est ubi finem omnium actionum. ubi cau-  
sam omnium naturarum. ubi lumen omnium  
rationum esse cognouerit vel crediderit  
differendo explicare longum esse arbi-  
tror: et tamen affirmandum esse non arbi-  
tror. Cum enim magistri sui socratis quem  
facit in suis voluminibus disputantez  
notissimum more dissimulare scientiae vel  
opinionis suae suare affectat. quia et  
illi ipse mos placuit: factum est ut etiam  
ipius platonis de rebus magnis senten-  
tiae non facile perspicui possint. Ex hijs tamen  
quae apud eum leguntur. siue quae dixit. siue  
quae ab alijs dicta narravit. atque con-  
scripsit. quae sibi placita viderentur que-  
dam commemorari oportebit in sermone  
a nobis: vel ubi suffragari religio-  
ni vere. quam fides nostra suscipit ac  
defendit. vel ubi ei videtur esse contra-  
rius. quantum ad istum de uno deo et plu-  
ribus pertinet questionem. propter vitam que  
post mortem futura est veraciter beatam.  
Forassis enim quod platonem ceteris philo-  
sophis longe recteque platum acutius  
atque veracius intellexisse ac secuti esse  
fama celebriore laudantur aliquid tale  
de deo sentiunt: ut in illo inueniantur et  
causa subsistendi. et ratio intelligendi. et  
ordo viuendi: quorum trium unum ad natu-  
rale. alterum ad rationale. tertium ad mo-  
rale pertinet intelligitur pertinere. Si enim ita  
homo creatus est: ut per id quod in eo pre-  
cellit attingat illud quod cum a precellit  
id est unum verum optimum deum sine quo  
nulla natura subsistit. nulla doctrina  
instruit. nullus expedit usus: ipse que-  
ratur ubi nobis secura sunt omnia. ipse  
cernatur ubi nobis certa sunt omnia. ipse  
diligatur ubi nobis recta sunt omnia.  
**Capitulum quintum.**

*[Marginal notes in a smaller hand, partially illegible]*

**E**rgo plato huius dei imitator  
 rem. cognitorē. amatorē. dixit  
 esse sapientē cuius p̄cipacōe sit be-  
 aus: quid opus est excutere ceteros?  
**N**ulli nobis quā isti p̄pius accesserūt.  
 Cedat eis igitur nō solū theologia illa  
 fabulosa deoz. criminib; oblectāf  
 animos impioz. **N**ec solū etiā illa ci-  
 uilis. vbi impuri demones terrestri-  
 bus gaudijs deditos p̄pos deoz. nos  
 mme seducētes hūanos errores tā-  
 q̄ iā suos diuinos honores habēvo-  
 luerūt. ad spectādos suoz. criminū  
 ludos cultores suos tanq̄ ad suum  
 cultū studijs immūdistimis exatātes  
 et sibi delectabiliores ludos de ipsis  
 spectatorib; exhibētes. vbi si qua ve-  
 lut honesta gerūtur in tēplis diuicta  
 sibi theatroz. obscenitate turpantur.  
 et quecūq; turpia gerūtur in theatris  
 cōpata sibi tēploz. feditate laudāf:  
 h̄q̄ ea q̄ varro ex h̄is sacris q̄si ad ces-  
 lū et terram rerūq; mortaliū semina et  
 actib; interpretatus ē: q̄ nec ip̄a illis  
 ritib; significatur. q̄ ip̄e insinuare cos-  
 natur et ideo veritas conantē nō seq̄-  
 tur: et si ip̄a esset. t̄n anime racōnali ea  
 que infra illā nature ordme cōstituta  
 sūt. p̄ deo suo colēda non essent. **N**ec  
 sibi p̄ferre debuit tanq̄ deos eas res  
 quibus ip̄am p̄tulit verus deus et ea q̄  
 numa pompilius reuera ad sacra eiu-  
 modi p̄tinētia. et secū sepeliēdo curauit  
 abscondi. et aratro eruta senatus ius-  
 sit incendi. **I**n eo genere sūt etiā illa  
 ut aliqd de numa micuis suspicemur  
 que alexāder macedo scripsit ad ma-  
 trē eius sibi a magno antistite sacro-  
 rū egip̄coz. quodā leone patefacta  
**S**ibi nō picus. et faunus. et enneas et  
 romulus vel etiā hercules. et escolapi-  
 us et liber semele natus. et tindaride fra-  
 tres. et si quos alios ex mortalib; pro-  
 dijs habēt: sed ip̄i etiā maiorū gentiū  
 dij quos cicero i tusculanis tacitis no-

mimib; videtur attingere. Jupiter. iu-  
 no. saturnus. vulcanus. vlt̄a. et alij  
 plurimi quos varro conat̄ ad mūdi  
 ptes siue elemēta trāsserre boies fu-  
 isse p̄dūtur. **T**imēs enī et ille q̄si reue-  
 lara misteria. p̄tens āmonet alexan-  
 dri: ut cū ea matri cōscripta insinua-  
 uerit. flāmis iubeat cōcremari. **N**on  
 solū ergo ista q̄ due theologie fabu-  
 losa otinet et ciuilis. platonicis p̄his  
 cedāt. qui verū deum et rerū auctore et  
 veritatis illustratore et beatitudis lar-  
 gitorē esse dixerūt. **S**ed alij q̄ p̄hi q̄  
 corporalia nature p̄cipia cor̄pori de-  
 ditis mētib; opinati sunt: cedāt h̄is  
 tātis tāq̄ cognōtib; viris. **S**t thas-  
 les i humore anaximenes i aere. stoi-  
 ci in igne. epicurus in atomis. hoc ē  
 minutissimis cor̄pusculis. que nec di-  
 diuidi nec sentiri queūt: et quecūq; a-  
 lij quoz. enumeracōe immorari nō ē  
 necesse siue simplicia siue conuncta  
 cor̄pora siue vita carētia siue viuētia  
 h̄ t̄n cor̄pora causam principiūq; rerū  
 esse dixerūt. **N**am quidā eoz. a reb;  
 nō viuīs res viuās fieri posse credide-  
 rūt sicut epicurei. **Q**uidā vero a viuē-  
 te quidē et viuētia et nō viuētia: h̄ ta-  
 mē a cor̄pore cor̄porea. **N**ā stoiici ignē  
 id est cor̄pus vnū ex h̄is quatuor ele-  
 mētis quib; visibilis mūdos hic cō-  
 stat: et viuēte et sapientē et ip̄ius mū-  
 di fabricatore atq; omniū que i eo sūt  
 eūq; omnino ignē deū esse putauerūt.  
**D**ij et ceteri similes eoz. id solū co-  
 gitaē potuerunt: qd̄ cū eis cor̄pore co-  
 rū obstricta carnis sensib; fabulata  
 sūt. **I**n se quippe habebāt qd̄ nō vide-  
 bāt: et apud se imaginabātur qd̄ fo-  
 ris viderāt etiā qm̄ nō videbāt h̄ tantū-  
 mō cogitabāt. **H**oc aut̄ i aspectu ra-  
 tis cogitacōis iā non est cor̄pus: h̄ si-  
 militudo cor̄pis. **I**llud aut̄ vnde vi-  
 detur in animo h̄c similitudo cor̄poris  
 nec cor̄pus ē nec similitudo cor̄poris:

et vnde videtur atq; vtrū pulchra an  
deformis sit iudicari: pfecto est meli-  
us quā ipa que iudicatur. **N**ec mens  
hoīs et rationalis anime natura est: q̄  
uiq; corpus non est. **S**i iam illa cor-  
poris similitudo cū i animo cogitāis  
aspicitur atq; iudicatur. nec ipa cor-  
pus est. **N**ō est ergo terra. nec aqua  
nec aer nec ignis: quibus quatuor  
corporeis que dicuntur quatuor elemēta.  
mūdū corporeū videmus esse opactū.  
**P**orro si noster animus corpus nō ē:  
quomō deus creator animi corpus ē?  
**C**edāt ergo isti ut dictū ē platonici:  
cedāt et illi quos quidē puduit dice-  
re deū corpus esse verūtā eīusdē na-  
ture cuius ille ē animos nros esse pura-  
uerūt. **I**ta nō eos mouit tāta mutabi-  
litas aīe quā dei nature tribuere ne-  
phas ē. **S**i dicunt. Corpore mutatur  
anime natura: nā p seipam incommuta-  
bilis ē. **P**oterāt isti dicē. Corpore ali-  
quo vulneratur caro: nam p seipam in-  
uulnerabilis est. **P**orsus qd mutari  
nō p̄t. nulla re p̄t: ac p hoc quod cor-  
pore mutari p̄t. aliqua re p̄t: et ideo  
incommutabile recte dici non potest.  
**V**iderūt ergo **Capitulum sextū.**  
**V**isti phi quos ceteris nō immeri-  
to fama atq; gloria platos videmus  
nullū corpus esse deum: et ideo cūcta  
corpore a transcenderūt querētes deū.  
**V**iderunt quecqd mutabile est. non  
esse sūmū deū: et ideo animā omnem  
mutabilem omnes spūs transcende-  
rūt: querētes sūmū deū. **D**em de vide-  
rūt omnē speciem in re quacūq; muta-  
bili qua ē quecqd illud ē. quomō  
et qualiscūq; natura ē. nō esse posse nisi  
ab illo q̄rere ē. q̄ incommutabiliter ē:  
ac p hoc siue vniūsi mundi corpus fi-  
guras. qualitates. ordīnatiq; motū  
et elemēta disposita a celo usq; ad ter-  
ram. et quecūq; corpore in eis sūt. siue  
omnē vitā. vel que nutrit et continet.

qualis est in arboribus. vel q̄ et hoc ha-  
bet et sentit qualis est in pecoribus. vel  
que et hoc habet et intelligit qualis  
est in hominibus. vel que nutritorio sub-  
sidio nō indiget. s; tm̄ d̄nnet. sentit in-  
telligit. qualis ē in angelis: nisi ab il-  
lo esse nō posse qui simpliciter ē. **Q**uia  
nō aliud illi est esse. aliud viuere q̄ si  
possit esse nō viuens. **N**ec aliud ē illi  
viuere. aliud intelligere quasi possit  
viuere nō intelligens. nec aliud illi ē  
intelligere. aliud beatū esse quasi pos-  
sit intelligere nō beatus: s; qd est illi  
viuere intelligere beatū esse. hoc est  
illi esse. **P**ropter hanc incommutabili-  
tate et simplicitate intellexerūt eum et  
omnia ista fecisse et ipm a nullo fieri  
potuisse. **C**onsiderauerūt enī quecqd  
est. vel corpus esse vel vitam: meliusq;  
aliquid vitā esse q̄ corpus: speciemq;  
corpore esse sensibile: intelligibile vi-  
te. **P**roinde intelligibile speciem. sensi-  
bili p̄tulerūt. **S**ensibilia dicimus que  
visu tactuq; corpore sentiri queūt. In-  
telligibilia que conspectu mentis in-  
telligit. **N**ulla est enī pulchritudo cor-  
poris siue in statu corpore. sicut ē figu-  
ra. siue in motu sicut est cantilena: de q̄  
nō animus iudicet. **Q**uod pfecto nō  
posset: nisi melior in illo esset hęc spec-  
ies. sine timore molis. sine strepitu vo-  
cis. sine spacio vel loco. vel tēporis. **S**i  
ibi q̄ nisi mutabilis esset. nō aliud a-  
lio melius de speciem sensibili iudicāt:  
melius ingeniosior quā tardior. me-  
lius pitior q̄ impitior. melius exercita-  
tior q̄ minus exercitatus: et idem ipse  
vnus cū p̄ficat melius vtiq; postea q̄  
prius. **Q**d aut recipit magis aut mi-  
nus sine dubitacōe mutabile ē. **V**nde  
ingeniosi et docti et in his exercita-  
ti hoīes facile colligerūt: nō esse i eis  
rebus p̄mā speciem vbi mutabilis esse  
ouicitur. **C**um igitur in eorū conspectu  
corpus et animus maius minusq; et

qualis est in arboribus. vel q̄ et hoc ha-  
bet et sentit qualis est in pecoribus. vel  
que et hoc habet et intelligit qualis  
est in hominibus. vel que nutritorio sub-  
sidio nō indiget. s; tm̄ d̄nnet. sentit in-  
telligit. qualis ē in angelis: nisi ab il-  
lo esse nō posse qui simpliciter ē. **Q**uia  
nō aliud illi est esse. aliud viuere q̄ si  
possit esse nō viuens. **N**ec aliud ē illi  
viuere. aliud intelligere quasi possit  
viuere nō intelligens. nec aliud illi ē  
intelligere. aliud beatū esse quasi pos-  
sit intelligere nō beatus: s; qd est illi  
viuere intelligere beatū esse. hoc est  
illi esse. **P**ropter hanc incommutabili-  
tate et simplicitate intellexerūt eum et  
omnia ista fecisse et ipm a nullo fieri  
potuisse. **C**onsiderauerūt enī quecqd  
est. vel corpus esse vel vitam: meliusq;  
aliquid vitā esse q̄ corpus: speciemq;  
corpore esse sensibile: intelligibile vi-  
te. **P**roinde intelligibile speciem. sensi-  
bili p̄tulerūt. **S**ensibilia dicimus que  
visu tactuq; corpore sentiri queūt. In-  
telligibilia que conspectu mentis in-  
telligit. **N**ulla est enī pulchritudo cor-  
poris siue in statu corpore. sicut ē figu-  
ra. siue in motu sicut est cantilena: de q̄  
nō animus iudicet. **Q**uod pfecto nō  
posset: nisi melior in illo esset hęc spec-  
ies. sine timore molis. sine strepitu vo-  
cis. sine spacio vel loco. vel tēporis. **S**i  
ibi q̄ nisi mutabilis esset. nō aliud a-  
lio melius de speciem sensibili iudicāt:  
melius ingeniosior quā tardior. me-  
lius pitior q̄ impitior. melius exercita-  
tior q̄ minus exercitatus: et idem ipse  
vnus cū p̄ficat melius vtiq; postea q̄  
prius. **Q**d aut recipit magis aut mi-  
nus sine dubitacōe mutabile ē. **V**nde  
ingeniosi et docti et in his exercita-  
ti hoīes facile colligerūt: nō esse i eis  
rebus p̄mā speciem vbi mutabilis esse  
ouicitur. **C**um igitur in eorū conspectu  
corpus et animus maius minusq; et

speciosa essent. Si aut omni specie carere possent omnino nulla essent: viderent esse aliquid vbi pma esset et incommutabilis. et ideo nec opabilis: atq; ibi esse reru principiu rectissime crediderunt qd factum non esset. et ex quo facta cuncta essent. Ita qd notu e dei manifestauit eis ipse. cu ab eis inuisibilia eius p ea q facta sunt intellecta aspecta sunt: sempiterna q; virtus eius et diuinitas: a quo etia visibilia et temporalia cuncta creata sunt. Hec de illa pte q phisica id e naturale nuncupant dicta sunt. Capitulu septimu.

**Q**uod aut attinet ad doctrinam vbi versatur pars altera que ab eis logica id est rationalis vocatur. Absit ut hinc copandi videantur qui posuerunt iudiciu veritatis i sensibus corporis: eorumq; infidis et fallacibus regulis. omnia que discuntur mecieda esse censuerunt. ut epicurei et quicunq; alij tales. ut etia ipsi stoici qui cu vehementer amaerint sollercia disputandi qua dyalectica nominant a corporis sensibus eam ducenda putarunt. Hinc asseuerantes animu accipere nociones quas appellat ennoeas earum reru scz quas diffinendo explicat. Hinc pagari atq; coneciti tota discendi docediq; ratione. Vbi ego multu mirari soleo: cu pulchros non dicat esse nisi sapientes quibus sensibus corporis ista pulchritudine viderint: qualibus oculis carnis forma sapientie decusq; aspexerit. Vbi vero quos merito ceteris antepomimus discreuerunt ea que mente conspiciuntur ab hinc q sensibus attinguntur: nec sensibus adimittentes qd possunt. nec eis dantes ultraq; possunt. Lum e aut mentiu. esse dixerunt ad discenda omnia eude ipm deum a quo facta sunt omnia. Ca. octauu.

**R**eliqua est pars moralis. qua greco vocabulo dicunt ethica. vbi queritur de sumo bono: quo referentes omnia que agimus et qd non appetit aliud. sed ppter seipm appetentes. idq; adipiscentes: nichil quo beati sumus ulterius requiramus. Ideo quippe et finis est dictus: quia ppter huc cetera nolumus. Ipse aut non nisi ppter ipm. Hec ergo beatificu bonu: alij a corpe alij ab animo: alij ab utroq; homini esse dixerunt. Videbant quippe ipm homine ostendit ex animo et corpe et ideo ab alterutris istorum duorum. aut ab utroq; bene sibi esse posse credebant finali quoda bono quo beati essent. quo cuncta q agebant referrent: atq; id quo referendu esset non ultra quererent. Vn illi qui dicuntur addidisse tertiu genus bonorum qd appellatur extrinsecus. sicuti e honor gloria pecunia. et si qd huiusmodi. non sic addiderunt ut finale esset. id e ppter seipm appetendu: s; ppter aliud bonu: quo esset hoc genus bonu bonis. malu aut malis. Ita bonu hois qui vel animo vel corpe vel ab utroq; ex parte: nichil aliud qua ab homine expectandu esse putauerunt. S; qui id appetuerunt a corpe a parte hominis deteriore: qui vero ab animo parte meliore. Qui aut ab utroq; a toto hoie. Siue ergo a parte qualibet. siue a toto hoie: non nisi ab homine. Nec iste differentie qm tres sunt. ideo tres s; multas dissensiones phorum sectasq; fecerunt. Quia et de bono corporis. et de bono animi. et de bono utriusq; diuersi diuersa opinati sunt. Cedat igitur hinc omnes illis phis qui non dixerunt beati esse hoies fruente corpe vel fruente animo. s; fruente deo. Non sicut corpore vel seipo animus. aut sicut amico amicus: sed sicut luce oculus. Sed aliquid ab hinc ad aliud similitudinis afferendu e: qd quale sit si deus ipse adiucit: alio loco quantum p nos siel poterit apparebit. Ca. nonu.

**N**unc satis sit memorare plone

determīnasse finē boni esse scdm virtutem viuere: et ei soli euenire posse qui noticiā dei habeat et imitacōz. nec esse aliā ob causam beatū: id eoq; nō dubitat hoc esse philosophari amare deū cuius natura sit incorpālis. **V**nde vtiq; colligitur nūc fore beatū studiosus sapiētie: id enī est phus cū deo frui ceperit: quāuis enī nō continuo beatus sit qui eo fruitur qđ amat. multi enī amādo ea que amāda nō sūt miseri sunt. et miseriōres cū fruūt. **N**emo tamē beatus ē qui eo qđ amat nō fruitur. **N**ā et ipi qui res nō amādas amāt. non se beatos putāt amādo s; fruēdo: quisquis ergo fruitur eo qđ amat. verūq; et sūmū bonū amat quis eūdē beatus nisi miserimus negat. **I**pm autē verū ac sūmū bonū plato dicit deum. **V**nde vult esse phm amatōrē dei. **V**t qm phia ad beatā vitā tendit: fruēs deo sit beatus. qui deū amauerit. **S**uis cūq; igitur phi de deo summo et vero ista senserūt ut rerū creatarū sit effector. et lumē cognoscendarū. et bonū agēdarū. qđ ab illo nobis sit et principū nature. et veritas doctrine. et felicitas vite: siue platōmici accomodatus nūcupent. siue quodlibet aliud secte sue nomē imponāt: siue tmmōdo ionici generis qui in eis p̄cipui fuerūt ista senserūt sicut idē plato. et qđ eū bene intellexerūt. siue etiā pyralici ppter pitagoram. et pitagoreos et si qui forte alij eiusdē sentētie idēdem fuerūt. siue aliaz qđ gentiū qui sapiētes vel phi habitū sūt. athlānci libies. egipci. indi. pse chaldei. scite. galli. hispani. alijq; reperūtur qui hoc viderint ac docuerint: eos omnes ceteris antepōnimus. eosq; nobis p̄mquiores fatemur. **Q**uāuis homo xpian9 literis tm ecclesiasticis eruditus platonicorū forte nomē ignoret. nec vtrū duo genera phiōz extiterint. in gre-

ca lingua ionicoz et italicorū sciat. **N**ō tamē ita surdus ē in rebus hūanis. ut nesciat phos vel studiū sapiētie. vel ipam sapiētiā phitē. **C**auet eos tñ qui scdm elemēta huius mūdi philosophant. **N**on scdm deū: a quo ipse factus est mūdis. **A**mmoneet enī p̄cepto apostolico. fideliterq; audit qđ dictū est caute ne quis vos decipiat per phiam et manē seductōnē: scdm elemēta mūdi. **D**einde ne omēs tales esse arbitretur. audit ab eodē apostolo dici de quibusdā: quia qđ notū est dei manifestū in illis. **D**eus enī manifestauit illis. **I**nuisibilia enī eius a cōstitucōne mūdi p que facta sūt intellecta cōspiciūt. sempiterna qđ virtus eius et diuinitas. **E**t vbi alexemētib; loquēs cū rem magnā de deo dixisset et que a paucis possit intelligi. qđ in illo viuimus. mouemur. et sumus: adiecit et ait. **S**icut et vri quidā dixerūt **N**ouit sane etiā ipos in quib; errant cauere. ibi enī dictū est. qđ per ea que facta sunt. deus illis manifestauit. intellectu cōspiciēda inuisibilia sua. **I**bi enī dictū ē. nō illos ipm deū recte cōluisse. quia et alijs rebus quibus non oportebat diuinos honoēs illi vni tm debitos detulerūt: qm cognoscentes deū. nō sicut deū glorificauerūt aut gratias egerūt sed euauerūt in cogitationib; suis. et obscuratū est insipientior eorū. **D**icētes enī se esse sapientes stulti facti sūt: et immutauerūt gloriā incorruptibilis dei i similitudinē imaginis corruptibilis hoīs et volucroz. et quadrupedū. et serpentium. **S**ibi et romanos et grecos et egiptios qui de sapiētie nomine gloriati sūt fecit intelligi. **S**ed de hoc cū istis postmodum disputabimus. **I**n quo aut nobis cōsentit. de vno deo huius vniuersitatis auctore. qđ nō solū sup omnia corpora ē incorporeus. verū etiā sup omēs animal



in corruptibilis principium nostrum: lumen enim bonum enim in hoc eos ceteris antepomimus. Capitulum decimum.

**N**ec si scias eorum christianus ignoras verbis que non didicit in disputatione vni queat. ut vel naturalis latine vel philosophica grece appellet eam parte in qua de nature in qualitate tractatur. et rationalis siue logica. in qua queritur quo nam modo veritas percipi possit. et moralis vel ethica in qua de moribus agitur bonorumque similibus appetendis malorumque vitandis. Ideo nescit ab vno vero deo atque optimo naturam nobis esse qua facti ad eius imaginem sumus. et doctrinam qua eum nosque nouerimus et gratiam qua illi coheredo beati simus. Nec itaque causa est. cur istos ceteris preferamus: quia cum alij philosophi in gemina sua studiaque contriuerint inquirendis rerum causis. et qui nam esset modus discendi atque viuendi: isti deo omnino repererunt. vbi esset causa constituta vniuersitatis: et fons bibende felicitatis. Siue ergo isti platonici. siue quicumque alij queruntur gentium philosophi de deo ita sentiunt: nobiscum sentiunt. Sed ideo cum platonici magis agere placuit hanc causam: quia eorum sunt littere nociores. Nam et greci quorum lingua in gentibus preminet eas magna predicacione celebrarunt: et latini promoti earum vel excellentiam vel gloria ipsas libentius didicerunt: atque in nobis eloquium transferendo nobiliores clarioresque fecerunt. Ca. vndecimum.

**T**rantur autem quid a nobis in christi gratia sociati. cum audiunt vel legunt platonem de deo ista sentire: que multum congrue veritati nostre religionis agnoscunt. Unde nonnulli putauerunt eum quando prexit in egiptum. iheremias audisse prophetam vel scripturas propheticas in eadem peregrinatione legisse: quorum quidem opinionem in quibusdam libris meis posui sed diligenter supputata tem-

porum ratio que chronica historia continetur platonem indicat a tempore quo prophetam iheremias centum ferme annos postea natum fuisse: qui cum octoginta et unum vixisset: ab anno mortis eius usque ad id tempus quo ptholomeus rex egipti scripturas propheticas gentis hebreorum de iudea poposcit et per septuaginta viros hebreos qui etiam grecam linguam nouerant interpretandas habendasque curauit anni reputantur ferme. lx. Qua propter in illa peregrinatione sua plato nec iheremiam videre potuit tanto ante defunctum. nec easdem scripturas legere. que non dum fuerant in grecam linguam translata. qua ille pollebat. Nisi forte quod fuit acerrimi studij. sic egiptias ita et istas per interpretem didicit. Non ut scribendo transferret. quod ptholomeus per ingenium beneficio qui regia potestate etiam timeri poterat meruisse prohibetur. Sed ut colloquendo quid continerent. quantum capere posset addisceret. Hoc ut existimetur. illa si uideri videntur indicia: quod liber geneleos sic incipit. In principio fecit deus celum et terram. terra autem erat inuisibilis et incompressa: et tenebre erant super abyssum et spiritus dei ferebatur super aquas. In thimio autem plato quem librum de mundi constitutione descripsit: deum dicit in illo opere terram primo ignemque unxisse. Manifestum est autem quod igni tribuat celi locum. Habet ergo hec sententia quandam illius similitudinem qua dictum est in principio fecit deus celum et terram. Deinde illa duo media. quibus interpositis sibi met hec extrema copularentur. aquam dicit et aerem: vnum putaretur sic intellexisse. de aere quod scriptum est. Spiritus dei ferebatur super aquas. Parum quippe attendens quo more soleat illa scriptura appellare spiritum dei quomam aer spiritus dicitur: quatuor opinatus elementa loco illo commemorata

videri potest. Deinde quod plato dicit a-  
mator dei esse philosophum. nichil sic illis sa-  
cris literis flagrat: et maxie illud quo  
et me plurimum adducit. ut pene assen-  
ciar platonem illorum librorum ex parte non fu-  
isse. Quod cum ad sanctum moysen ita verba  
dei per angelum proferantur. ut querenti quod  
sit nomen eius qui cum pergere precipiebat  
ad populum hebreum ex egipto liberandus.  
respondetur ego sum qui sum. et dices  
filius israel. qui est mihi me ad vos.  
tanquam in eius compactione qui vere est  
quia incommutabilis est ea que mutabi-  
lia facta sunt non sunt. Vehementer hoc  
plato tenuit. et diligentissime commendavit:  
et nescio utrum hoc usquam reperiat  
in libris eorum qui ante platonem fuerunt.  
Nisi ubi dictum est ego sum qui sum: et  
dices eis qui est mihi me ad vos. Sed  
vnde cum ista ille didicerit. siue prece-  
dentibus cum veterum libris. siue potius  
quod dicit apostolus. quod quod notum est dei  
manifestum est in illis. deus enim illis ma-  
nifestavit. inuisibilia enim eius a consti-  
tutione mundi per ea que facta sunt intel-  
lecta conspiciuntur. sempiterna que vir-  
tus eius et diuinitas non nunc immeri-  
to me platonem philosophum elegisse cum  
quibus agam quod in ista questione  
quam modo suscepimus agitur de natura  
li theologia: utrum propter felicitatem que  
post mortem futura est vni deo. aut pluri-  
bus sacra facere opteat: satis ut existi-  
mo exposui. **Capitulum duodecimum.**  
Deo quippe hoc potissimum elegi: quoniam  
de vno deo qui fecit celum et terram quan-  
to melius senserunt. tanto ceteris glorio-  
siores et illustriores habentur. Intan-  
tum alius platonis iudicio posterorum: ut cum  
aristoteles platonem discipulus vir ex-  
cellentis ingenii. et eloquio platonem  
quidem impar. sed multos facile superans.  
cum sectam peripateticam didisset.  
quam deambulans disputare consueue-  
rat plurimosque discipulos per clara fa-

ma excellens. viuo adhuc preceptore  
in sua heresim congregasset: post mor-  
tem vero platonem euhippus sororis eius  
filius. et xenocrates dilectus eius dis-  
cipulus in scola eius que academia  
vocabatur eidem successissent. atque ob  
hoc et ipsi et eorum successores academi-  
ci appellarentur: recentiores tamen phi-  
nobilissimi quibus plato sectandus pla-  
cuit noluerit se dici peripateticos aut  
academicos. sed platonicos. Ex quibus  
sunt valde nobilitati greci ploti-  
nus. iamblicus. phorpbirius. In vtra-  
que autem lingua id est et greca et latina  
apuleius aser exitit platonicus no-  
bilis. Sed hi omnes et ceteri eiusmodi  
diu ipse plato diis plurimis esse sacra  
facienda putauerunt. **Capitulum tredecimum.**  
**Q**uamquam ergo a nobis et in alijs  
multis rebus magnisque dissens-  
ciat. In hoc tamen quod modo posui. quod ne-  
que praua res est. et inde nunc questio est  
primum ab eis quero. quibus diis istum  
cultum exhibendum arbitrentur: utrum bo-  
nis an malis: an et bonis et malis. Sed  
de hoc habemus sententiam platonem di-  
centis. omnes deos bonos esse: nec esse  
omnino ullum deorum malum. Consequens  
est igitur ut bonis hec exhibenda intel-  
ligantur. Tunc enim diis exhibentur: quoniam  
nec dii erunt: si boni non erunt. Hoc fita  
est. nam de diis quid aliud decet credere:  
illa profecto vacuatur opinio. qua non  
nulli putant deos malos sacris placari:  
diis esse ne ledant: bonos autem ut adue-  
nent inuocandos. Mali enim nulli sunt  
dii: bonis porro debitus ut dicunt bo-  
nos sacrorum est deferendus: Qui ergo  
illi sunt qui ludos scenicos amant: eos  
que diuinis rebus adiungi. et suis hono-  
ribus flagrant exhiberent. Quorum vis  
non eos indicat nullos: sed iste effectus  
mimirum indicat malos. Quod enim de lu-  
dis scenicis plato senserit notum est.  
Cum poetas ipsos que tam indigna deorum

maiestate atq; bonitate carmina cō-  
posuerunt. censet ciuitate pellendos.  
**Q**ui sūt igit̃ isti dii qui de scemicis lu-  
dis cū ip̃o platone contendunt? Ille  
quippe nō patit̃ deos falsis crimini-  
bus infamari. Isti eisdē crimib; suos  
honores celebrare iubēt. Deniq; isti cū  
eisdē ludos instaurari p̃ciperēt. pos-  
centes turpia. etiā maligna gesserūt:  
tito latimo auferētes filiū. et immittē-  
tes morbū. q̃ eoꝝ abnuisset impiū:  
eūq; morbū retrahentes cū iussa com-  
pleret. Iste aut̃ illos nec tam malos  
timendos putat: sed sue sentētie ro-  
bur constāssime retinēs. omnes poe-  
tar̃ sacrilegias nugas quibus illi  
immūdicie societate oblectātur. a po-  
pulo bene instituto remouere nō dus-  
bitat. Hūc aut̃ platone qd̃ iā in secdo  
libro cōmemorauit. inter semideos la-  
teo ponit. Qui lateo numina mala vi-  
ctimis cruentis. atq; huiusmodi sup-  
plicacōib; placari existimat: bona ve-  
ro ludis: sed talib; quasi ad leticiam  
p̃tinentib; rebus. **Q**uid ē ergo q̃ se-  
mideus plato. nō semideis sed dijs.  
et hoc bonis illā oblectamēta que u-  
dicat turpia tā ostanter audet aufer-  
re: qui sane dii refellūt sentētiā lateo-  
nis? Nam se in latimio nō lasciuos tm̃  
atq; ludibūdos: sed etiā seuos terri-  
bilesq; monstrarūt. Exponant ergo  
ista nobis platōici qui omnes deos  
scdm̃ auctoris sui sentētiā bonos et  
honestos et virtutib; sapientiū socios  
esse arbitrantur: aliterq; de ullo deoꝝ  
sentiri nephās habent. Exponamus  
inquit. Attente igit̃ur audiamus.

Capitulum decimūquartū.

**O**mniū inquit animalū in qui-  
bus est anima racōnalis. tripti-  
ta diuisio est. In deos. homines. demo-  
nes. Dijs excelssimū locū tenēt. homi-  
nes in finū. demones mediū: nam de-  
oꝝ sedes in celo est: hominū in terra:

in aere demonū. Sicut eis diuersa di-  
gmitas est locoꝝ: ita etiā naturarum.  
Proinde dii sunt hominib; demomi-  
busq; potiores: homines vero infra deos  
et demones constituti sūt. Et elemē-  
torum ordine. sit differētia meritōꝝ.  
Demones igit̃ mediū. quēadmodū  
dij quibus inferius habitāt postpo-  
nendi: ita hominib; superius quib; p̃fe-  
rendi sūt. Habent enī cū dijs omne  
immortalitātē corpōꝝ: animoꝝ autē  
cū hominib; passiones. Quapropter  
nō est mirū inquit. si etiā ludōꝝ ob-  
scenitatib; et poetar̃ figmentis dele-  
ctant̃. Quandoquidē hūanis capū  
tur affectib; a quibus dii longe ab-  
sunt. et modis omnibus alieni sūt. Ex  
quo colligitur. platone poetica detestā-  
do et p̃hibendo figmēta nō deos qui  
omnes boni et excelsi sūt priuasse lu-  
doꝝ scemicōꝝ voluptate s; demones.  
Nec si ita sūt: quelibet apud alios q̃  
repiant: apuleius tñ platonicus ma-  
daurensis. de hac re sola vnū scripsit  
librū. cuius esse titulū voluit de deo sa-  
cratis: vbi disserit et exponit. ex quo  
genere nūmū socrates habebat ad-  
uinctū et amicitia quadā cōciliatū: a  
quo p̃hibetur solitus amoneri ut de-  
fisteret ab agēdo qm̃ id qd̃ agere vo-  
lebat. nō p̃spere fuerat euenturū. Di-  
cit enī ap̃tissime. et copiosissime asse-  
rit. nō illū deū fuisse sed demonē: dili-  
genti disputacōe p̃tractans. istā pla-  
tonis de deoꝝ sublimitate. et hominū  
humilitate. et demonū medietate sen-  
tentiā. Nec ergo si ita sunt quonam  
modo ausus est plato etiā si non dijs  
quos ab omni hūana cogitacōne se-  
mouit. Certe hīs demombus poetas  
vr̃te pellendo. auferre theatricas vo-  
luptates. Nisi quia hoc factū ammo-  
niuit animū hūanū quāuis adhuc in  
hīs moribūdis membris positū pro  
splēdore honestatis impura demonū



est dignitatē. Ita siel potuit. ut demones quāvis magis aerij sint terrestribus nobis nō ideo meliores sint. quia est aer q̄ terra superior. Sed ideo eis hoīes p̄ferendi sint qm̄ sp̄ci p̄iorū hominū nequaquā illorū desperacō companda est. Nam et illa ratio platonis qua elementa quatuor p̄portione contextit atq; ordinat. ita duobus extremis igm̄ mobilissimo et terre immobili. media duo aerem et aquā interserens. ut quanto est aer aquis. et aere ignis. tanto et aque superiores sint terris. Satis nos admonet aīalū merita nō elementorū p̄ gradib; estimacō. Et ip̄e quippe apuleius cū ceteris terrestre aīal hoīem dicit qui tamē longe p̄ponitur animalib; aquatilib; cū ip̄as aquas terris p̄ponat plato: intellegamus nō eundē ordm̄ tenendū cū agit̄ de meritis animarū. q̄ videt̄ esse ordm̄ i gradib; corporū: si siel posse ut inferius corpus anima melior inhabitet. deteriorq; superius.

**D**e morib; ergo **Ca. xvi.**  
 demonū. cū idē platonius loqueretur. dixit eos eisdē quib; homines animi p̄turbacōib; agitari: irritari iniurijs. obsequijs domiq; placari: gaudere honorib; diuersis sacrorū ritib; oblectari et in eis si quid neglectum fuerit omoueri. Inter cetera etiā dicit ad eos p̄tinere diuīnacōnes augurū. aurspicū. vatū. atq; somniorū: ab hīs quoq; esse miracula maiorū. Breuiter aut̄ eos diffimēs ait demones esse genere aīalia. aīo passiuamente racōnalia. corpore aēria. tēpore eterna. **Doz** vero quūq; tria p̄ora illis esse q̄ nobis: quartū p̄priū: quātū eos cū dijs habere cōmune. Sed video triū superiorū que nobiscum habēt duo etiā cū dijs habere. aīalia quippe esse dicit et deos: qui sua cuiq; elemēto distribuēs. in terrestrib; animalibus

hoīes posuit cū ceteris que i terra viuūt et sentiūt: in aquatilibus pisces et alia natantia. in aereis demōes i ethereis deos: ac p̄ hoc q̄ demones genere sūt aīalia. nō solū eis cū hominib; verū etiā cū dijs p̄coribusq; cōmune est: q̄ mēte racōnalia cū dijs et hominibus. q̄ tpe eterna cū dijs solis: q̄ aīo passiuā cū hominib; solis: q̄ corpore aēria ip̄i sunt soli. Proinde q̄ genere sūt animalia nō est magnū: quia hoc sūt et p̄cora. Qd̄ mente racōnalia. nō sūt supra nos: quia sumus et nos. Qd̄ tempore eterna: qd̄ homi est. si nō beatus. Melior est enī tēporalis felicitas: q̄ misera eternitas. Qd̄ animo passiuā: quomodo supra nos est. qm̄ et nos hoc sumus. Nec ita esset: nisi miseris essemus. Quod corpore aēria q̄ estimandū est cū omī corpore: p̄feratur aīe qualiscūq; natura. et ideo religionis cultus qui debetur ex aīo. nequaquā debetur ei rei que inferior est aīas. **Proz** si inter illa que demonū esse dicit. adnumeraret virtutē sapiētīā. felicitatē. et hęc eos diceret h̄re cū dijs eterna atq; cōmunia: p̄fecto aliquid diceret exoptādū magniq; pendendū. Nec sic eos tñ p̄pter hoc tanquā deū colere deberemus: si potius ip̄m a quo hęc illos accepisse nossemus. Quāto minus nūc honore diuīno acia digna sūt aīalia ad hoc racōnalia ut misera esse possint: ad hoc passiuā. ut misera sint ad hoc eterna. ut miseriam finire nō possint. Quapropter ut omit tam cetera. et hoc solum p̄tractem. q̄ nobiscuz demones dixit habere omne id ē animi passiones. Si oīa quatuor elementa suis aīalib; plena sunt immortalib; ignis et aer mortalibus aqua et terra: quero cur animi demonū passionū turbelis et tēpestatib; agitentur. **Perurbacō** est enī: que grece pathos dicitur. **Vnde** illa voluit

vocare animo passiva: quia verbū de  
verbo patios. passio diceret: motus  
animi cōtra racōnē. Cur ergo sūt ista  
in animis demonū: que in pecoribz nō  
sūt? Quā si quid in pecore simile appaēt  
nō est p̄turbacō: quia nō est cōtra ra-  
tionē qua pecora carēt. In hominibus  
aut ut sint iste p̄turbacōes: facit hoc  
stulticia vel miseria. Nō dū enī sumus  
in illa felicitate sapiētie beati: que no-  
bis ab hac mortalitate liberatis in fine  
p̄mittitur. Deos vero ideo dicūt istas  
p̄turbacōes nō p̄peti: qz nō solū eter-  
nū verū etiā beati sūt. Eas dē quippe ani-  
mas racōnales etiā ipos habere p̄hi-  
bent: sed ab omī labe ac peste purissi-  
mas. Quāobrē si p̄pterea dii nō p̄tur-  
bantur qz aialia sūt beata nō misera:  
et p̄pterea pecora nō p̄turbātur qz ani-  
malia sunt que nec beata possunt esse  
nec misera. Hest at ut demones sic ho-  
mines ideo p̄turbent: qz aialia sūt nō  
beata sed misera. ¶ Ca. xvii.

**Q**uia igitur insipiētia vel potius  
amētia p̄ aliquā religionē demo-  
nibz s̄bdimur: cū p̄ verā religionē ab  
ea vicōsitate in qua illis sumus simi-  
les liberemur: Cur enī demōes qz et  
iste apuleius quāvis plurimū p̄carat  
et dimis honoribz dignos censeat: ta-  
men cogitur confiteri ira instigentur.  
nobis vera religio p̄cipit ne ira insti-  
gemur. sed ei potius resistamus: cum  
demones domis inuitentur. nobis vera  
religio p̄cipit. ne cuiqz donoz acce-  
ptacōne faueamus. Cū demones ho-  
noribz mulceantur. nobis vera religio  
p̄cipit. ut talibz nullo mō moueamur:  
cū demōes quorū dā hoīm osos: et quo-  
rū dā amatores sint. nō prudētī tran-  
quillogz iudicio s̄ animo ut appellat  
ipse passiuo. Nobis vera religio p̄ci-  
pit. ut nros etiā diligamus inimicos:  
postremo omēz motū cordis et saluz  
mentis omēsqz turbelas et tempestates

animi. quibus demones estuare atqz  
fluctuare asserit. nos vera religio de-  
ponere iubet. Que igitur causa est m̄si-  
stulicia errorqz miserabilis. ut ei te ex-  
bibeat facies venerāda hūilem. cui te  
cupias viuēdo dissimilē: et religione  
colas quē imitari nolis cū religionis sū-  
ma sit. imitari quē colis? ¶ Ca. xviii.

**F**rusta igitur eis apuleius et qz  
cumqz ita sentiūt hūc detulit ho-  
norē. sic eos in aere medio s̄ inter ethe-  
rū celū terrāqz ostititēs. Ut quomā  
nullus deus miscetur homini qz plato-  
nē dixisse p̄hibent. isti ad deos p̄ferat  
preces hominū: et inde ad hoīes im-  
petrata que poscūt. Indignū enī pu-  
tauerūt qui ista crediderunt miseri  
hoīes dijs et deos hominibz. dignū autē  
misceri demones et dijs et hominibz.  
hinc p̄tita qui allegent. inde ocella  
qui appozēt: ut videlicet homo castus  
et ab artū magicaz sceleribz alienus  
eos patronos adhibeat p̄ quos illū  
dij exaudiāt qui hoc amat que ille nō  
amādo sit dignior: quē facilius et li-  
tentius exaudiē debeat. Amat quip-  
pe illi scemias turpitudines quas nō  
amat pudicia: amant in maleficijs  
magorū mille nocēdi artes quas nō  
amat innocentia. Ergo et pudicia  
et innocentia si quid ab dijs impetrare  
voluerit: nō poterit suis meritis. nisi  
suis in teruentibz inimicis. Non est  
qz ista poetica figmēta et theatrica lu-  
dibria iustificare conetur. Habemus  
contra ista magistrum eoz et tante  
apud eos auctoritatis platonē: si pu-  
dox hūanus ita de se male meret. ut  
nō solū diligat turpia: verū etiā diui-  
nitatū existimet grata. ¶ Ca. xix.

**P**orro aduersus magicas artes  
de quibus quosdā nimis infeli-  
ces et nimis impios etiā gloriari libet  
nōne ipam publicā lucez testem cita-  
bo? Cur enī tā grauitē ista plectūtur

seueritate legū: si opera sunt numinū  
colendoꝝ. An forte istas leges xpī:  
am instituerūt. quibus artes magicē  
puniuntur: sedm quē aliū sensū. nisi q̄  
hec maleficia generi hūano p̄niosa  
esse non dubiū est. **A**it poeta clarissi-  
mus. **T**estoz cara deos. et te germa-  
na. tuūq; dulce caput: magicas inui-  
tam accingier artes. **I**llud etiā q̄ alio  
loco de hīs artibus dicit. **A**tq; satas  
alio vidi traducere messes: eo q̄ hac  
pestifera scelerataq; doct̄ima fructus  
alieni in alias terras transferri p̄hi-  
bentur. **N**ōne ī duo decim tabulis id ē  
romanoꝝ antiquissimis legib; cice-  
ro cōmemorat esse d̄scriptū: et ei quis  
hoc fecerit supplicū d̄stitutū. **P**ostre-  
mo apuleius ip̄e nūquid apud xpīas  
nos iudices de magicis artib; accu-  
satus nō est. quas vtiq; sibi obiectas  
si diumas et pias esse nouerat. et diui-  
narū potestati op̄erib;. cōgruas non  
solū eas d̄fiteri debuit sed etiā p̄fiteri  
leges culpas potius quibus hęc p̄-  
hiberentur et damnāda putarētur. q̄  
haberi mirāda et veneranda opoztes-  
ret. **I**ta enī p̄ sententiā suā p̄suaderet  
iudicib;: vel si illi sedm̄ iniquas leges  
saperent. eūq; talia p̄dicantē at; lau-  
dantē morte multarent. digna anime  
illius demones dona rependerent p̄  
quoz diuinis opib; p̄dicandis hūa-  
nam vitā sibi adimi non timeret. **S**i-  
cut martires nostri cū eis pro crimi-  
ne obiceretur xpīana religio qua no-  
uerat se fieri saluos et glorioissimos  
in eternū non eā negando tepozales  
penas euadere delegerūt: sed potius  
confitēdo. p̄fiteōdo. p̄dicādo. et p̄ hac  
oīa fideliter fo: titerq; tolerādo. cū ip̄a  
securitate moriendo. leges quib; p̄-  
hiberent̄ erubescere opulerūt. muta-  
riq; fecerūt. **D**iuus aut̄ p̄hi platonicū  
copiosissima et disertissima extat ora-  
tio. qua crimē artū magicarū a se ali-

enū esse defendit. **S**eq; aliter nō vult  
innocentē videri: nisi ea negādo que  
non possunt ab innocente cōmitti. **A**t  
om̄ia miracula magoz quos recte  
sentat esse damnādos doct̄imis fiunt  
et opibus demonū: quos viderit cur  
censcat honorādos. eos necessarios  
asserens p̄ferendis ad deos p̄cibus  
nostris: quozū debemus opa deuotare  
si ad deū verū p̄ces nostras volumus  
puemre. **D**einde quero quales p̄ces  
hōim d̄ns bonis p̄ demones allegari  
putāt: magicas. an licitas. **S**i magis  
cas nolūt tales: si licitas: nolūt p̄ tales.  
**S**i aut̄ peccatoꝝ p̄mitens p̄ces fundit  
maxie si aliq̄d magicū admittit. **I**tas  
ne tandē illis intercedentib; accipit  
vniā. quibus impellentib; aut fauē-  
tib; se cecidisse plangit in culpam.  
**A**n et ip̄i demones. ut possint p̄miten-  
tib; indulgentiam mereri: priores  
agunt q̄ eos deceperint p̄mitentiam.  
**H**oc nemo unquā de demōib; dixit:  
qua si ita esset nequa q̄ sibi auderent  
diuos honores exptere: qui p̄mitē-  
do desiderarēt ad gratiā vnie puem-  
re. **I**bi enī est detestando supbia hie  
hūilitas miserāda. **Ca. xx.**

**E**tenī vrgens causa et artissima  
cogit demones medios inter  
deos et hōies agere: ut ab hōimib;  
auferāt desiderata: et a dijs referāt im-  
p̄trata. **Q**ue nam tandē ista causa ē.  
et quanta necessitas. **Q**uia nullus in-  
quit deus miscetur hōimi. **P**reclara  
igitur sanctitas dei qui non miscetur  
hōimi supplicanti: et miscetur arro-  
ganti. **N**on miscetur hōimi p̄miten-  
ti: et miscetur hōimi decipienti. **N**on  
miscetur hōimi d̄fugienti ad diuinita-  
tē: et miscetur demoni fingenti diuini-  
tate. **N**ō miscetur hōimi p̄tenti in dul-  
gentiam: et miscetur demoni suadenti  
nequiciā. **N**ō miscetur hōimi p̄ philo-  
sophicos libros poetas de bñ instituta

ciuitate pellenti: et miscetur demonia  
principibus et pontificibus ciuitatis per  
scemicos ludos poetarum ludibria re-  
quirenti. Non miscetur homini deorum  
crimina fingere prohibenti: et miscetur demoni  
se falsis deorum criminibus oblectanti. Non  
miscetur homini magorum scelera iustis le-  
gibus punienti et miscetur demoni magicas  
artes docenti et implenti. Non miscetur  
homini imitatione demonis fugienti: et  
miscetur demoni deceptione hominis  
aucupanti. **Ca. xxi.**

**S**ed nimirum tante huius absur-  
ditatis et indignitatis est ma-  
gna necessitas: quod scilicet deos et heros  
humana curantes. quod terrestres ho-  
mines agerent vniuersum lateret nisi demones  
aeris nunciarent: quoniam ether longe  
a terra est lateque suspensus. aer vero  
etheri terreque contiguus. **O** mirabilem  
sapientiam. **Q**uid aliud de diis isti sentiunt  
quos omnes optimos volunt. nisi eos  
et humana curare ne cultu videantur in-  
digni. et propter elementorum distantiam  
humana nescire. ut credantur demones  
necessarii: et ob hoc etiam putentur colen-  
di pro quos dii possint quid in rebus huma-  
nis agatur addiscere. et vbi oportet  
hominibus subuenire. **H**oc si ita est: diis  
istis hominibus magis notus est demon pro  
corpore vicinior: quam homo pro animo bonum.  
**O** multum dolenda necessitas: an potius  
irridenda vel detestanda vanitas ne sit  
vana diuinitas. **S**i enim animo obstaculo  
corpore libero animum nostrum videre dii  
possunt: non ad hoc indigent demoni-  
bus nunciis. **S**i autem animorum indicia  
corporea qualia sunt locutio. vultus.  
motus pro corpore sunt. etheri dii senti-  
unt. et inde colligunt quid etiam demo-  
nes nuncient: possunt et mendacis de-  
monum decipi. **P**orro si deorum diuinitas  
a demonibus non potest falli: eadem di-  
uinitate quod agimus non potest ignora-  
ri. **V**elle autem isti michi dicerent vtrum

diis demones nunciarent de criminibus  
deorum poetica platonem displicere  
figmentis. et sibi ea placere celauerint  
an vtriusque occultauerint deosque esse  
maluerint totius rei huius ignaros:  
an vtriusque indicauerint. et religiosam  
erga deos platonem prudentiam. et in  
deos iniuriosam libidinem suam. **A**n sen-  
tentiam quidem platonem qua noluit de-  
os pro impiam licentiam poetarum falsis cri-  
minibus infamari ignotam diis esse vo-  
luerint: suam vero nequitiam qua ludos  
scemicos amat. quibus illa deorum dede-  
cora celebratur prodere non erubuerint  
vel timuerint. **H**orum quatuor que inter-  
rogando proposui. quod liber eligat:  
in quolibet eorum quantum mali de diis  
hominibus operentur adtendant. **S**i enim  
primum elegerint. confessuri sunt non licuisse  
se diis hominibus habitare cum bono plato-  
ne quam eorum iniurias prohibebat et ha-  
bitasse cum demonibus malis quam eorum ini-  
urias exultabat. **C**um dii hominibus  
bonum longe a se positum. non nisi pro ma-  
los demones nosset: quos vicinos  
nosse non possent. **S**i autem secundum elige-  
rint. et vtriusque occultatum de demonibus  
dixerint. et dii omnino nesciret et pla-  
tonem religiosissimam legem et demonum  
sacrilegam delectationem: quid in rebus  
humanis per internuncios demones dii  
nosse vtiliter possunt. quam illa nesciunt.  
que in honore bonorum deorum religioe  
honorum hominum contra libidinem malorum  
demonum discernuntur. **S**i vero tertium  
elegerint. et non solum sententiam platonem  
deorum iniurias prohibentem. sed etiam de-  
monum nequitiam deorum iniurias exulta-  
tem. pro eisdem demones nuncios diis in-  
notuisse responderint: hoc nunciare est  
an insultare. **E**t dii vtriusque sic audiunt sic  
vtriusque cognoscunt: ut non solum mali-  
gnos demones deorum dignitati et pla-  
tonem religioni contraria cupientes atque  
facientes a suo accessu non arceant: vtrum



etiā pillos malos p̄p̄nquos platonī bono longinquo dona transmittant. Sic enī eos elementorū quasi catē nata series colligant ut illis a quibz criminātur diungi possint. hinc a quo defendūtur nō possint: ut rūqz scientes sed aeris et terre transmutare pondera nō valentes. Jam q̄ reliquū est. si quartum degerint: p̄cius est ceteris. Quis enī ferat. si poetarū de dijs immortalibz criminosa figmenta et thxarorū indigna ludibria suāqz in hys omnibus ardentissimā cupiditatē et suauissimā voluptatē dijs demones nūciauerint. et q̄ plato philosophica ḡuitate de op̄na republica. hęc oīa censuit remouēda tacuerint: ut iā dij hom̄ p̄ tales nūcios nosse cogantur. mala pessimorū nec aliena s̄ eorū demōnū. atqz hys contraria nō smantur nosse bona philosophorū cum illa sint iniuriarū ista in honore ip̄orū demōnū. **Ca. xxij.**

**Q**uia igit̄ nichil istorū quatuor eligendū est. ne ī quolibet eorū de dijs tam male sentiat̄. Restat ut nullo modo credendū sit q̄ apuleius p̄suadere nit̄ur. et quicūqz alij sūt eiusdē sententię p̄h̄. ita esse medios demōnes inter deos et hoīes tāq̄ inter nūcios et inter p̄tes. q̄ hinc ferat p̄tēcōes n̄ras inde demōnū suspēctas: s̄ esse spūs nocēdi cupidissimos a iusticia p̄mitul alienos. sup̄bia tumidos. inuidētia luidos fallacia callidos. Qui in hoc quidē aere habitāt. quia de celi superioris sublimitate deiecte merito in regressibilis transgressiōnis in hoc sibi congruo velut carcere p̄dānati sunt. Nec tamē quia supra terras et aquas aeri locus est. ideo et ip̄i sūt meritis superiorēs hominibz qui eos nō terreno corpore s̄ electo in auxiliū deo uero. pia mente facillime superāt. Sed multis plane p̄ticipacōe uere religionis in-

dignis. tanq̄ captis subditisqz dominantur: quorū maxime p̄t̄i mirabilibus et fallacibz figmis. siue factorū siue p̄dictorū deos se esse p̄suaserūt. Quibusdā uero uicia eorū aliquādo attētius et diligētius inuentibz nō potuerūt p̄suadere q̄ dijs sint: atqz ideo inter deos et hoīes internūcios ac beneficiorū impetratores se esse finxerūt: sed t̄n non istū saltē honore hoīes eis deferendū putarūt qui illos nec deos esse credebāt quia malos uidebant deos aut omnes bonos uolebant: nec audebāt tamē omnino indignos dicere honore diuino. maxime ne offenderēt populos: a quibz eis cernebāt inueterata sup̄sticōe p̄ tot sacra et tēpla seruirī. **Ca. xxij.**

**N**am diuisa de illis hermes egiptius que ter megistrū uocat̄ sensit et scripsit. Apuleius enī deos quidem illos negat. S; cū dicit ita inter hoīes et deos quadā medietate uersari. ut hominibz apud ip̄os deos necessarij uideantur: cultū eorū a sup̄nōrū demōnū religione nō separat. Ille autē egiptius alios deos dicit esse a summo deo factos: alios ab hominibz. Hoc qui audit sicut a me positū est putat dici de simulacris: quia opa sunt manū hoīm. At ille uisibilia et otrectabilia simulacra uelut corpora demōnū esse asserit. Inesse autē hys quosdā spūs inuitatos. qui ualeāt aliquid. siue ad nocendū siue ad desideria nonnulla complenda. eorū a quibus eis diuini honores et cultus obsequia deferunt: hos ergo spūs inuisibiles p̄ artē quādam uisibilibz rebus corpore aliue materie copulare. ut sint quasi ammata corpora illis spiritibz dicata et subdita simulacra. hoc esse dicit deos facere: eamqz magnā et admirabile deos faciendi accepisse hoīes potestatem. Huius egiptij uerba sicut in nostram

121

linguā interpretata sūt ponā. Et qm̄ de  
cognitione inqt et oratio hōim deo-  
rūq; nobis indicitur sermo: potestate  
hōis o asclepi vimq; cognosce. Dñs  
inquit a pater. vel q; est sūmū. deus ut  
effector est deorū celestiu: ita homo fi-  
ctor deorū qui in templis sūt hūana  
proximitate contēni. Et paulo post. Ita  
hūanitas inquit semp̄ memor nature  
et originis sue i illa dimitatimitacōe  
pseuerat ut hūani p̄ ac dñs ut sui simi-  
les essent deos fecit eternos. Ita hū-  
manitas deos suos ex sui vultus simi-  
litudine figuraret. Sic cū asclepius ad  
quē marie loquebatur ei respondiss̄  
at; dixisset. Statuas dicis o ter megis-  
ter. Tum illi statuas inquit o ascle-  
pides: q̄tenus tu ip̄e diffidas sta-  
tuas animatas sensu a spiritu plena  
tantaq; facientes et talia: statuas fu-  
turoꝝ p̄scias. easq; sorte. vate som-  
niis. multisq; alijs reb; p̄dicētes inbe-  
cillitates hōim; facientes easq; cu-  
rantes: tristitia; lenicia; pro meritis.  
an ignoras o asclepi q; egiptus ima-  
go sit celi: aut q; est verus trāslatio  
aut descensio oim̄ que gubernat atq;  
exercetur in celos. Ac si dicendū est.  
verius terra nostra mūdi totius ē tē-  
plū. Et tñ qm̄ p̄scire cūcta prudentē  
debet. istud nos ignorare p̄bas nō ē.  
Futurū tempus est: cū appareat egi-  
ptios in cassum pia mente diuinitatem  
sedula religioe fuasse. Deinde mulas  
hermes v̄bis hūc locū exequit: i quo  
videtur hoc tēpus p̄dicē quo xp̄iana  
religio quāto ē veracior atq; sanctior.  
tanto vehementius et liberius cūcta  
fallacia figmēta subuerit: ut gr̄ave-  
rissimi saluatoris liberet hōiem ab eis  
dñs quos facit homo. et ei deo subdat  
a quo factus est homo. Sed hermes  
cū ista p̄dicat velut amicus eisdē ludi-  
ficacōib; demonū loquitur: nec xp̄ia-  
num nomen euidenter exprimit: sed

tanquā ea tollerent atq; delerentur.  
quoz; obseruacōne celestis similitu-  
do custodiretur in egipto: ita hęc futu-  
ra deplorās luctuosa quodāmodo p̄-  
dicacōe testat. Erat enī de hīs de qui-  
bus dicit apostolus. q; cognoscentes  
deū nō sicut deū glorificauerūt aut gra-  
tias egerūt: sed euauerūt in cogita-  
cōib; suis. et obscuratū est in sapiens  
cor: eoꝝ. dicētes enī se esse sapientes  
stulti facti sūt: et immutauerūt glori-  
am incorruptibilis dei in similitudine  
imaginis corruptibilis hōis: et cetera  
que cōmemorare longum est. Multa  
quippe talia dicit de vno vero deo fa-  
bricatore mūdi qualia veritas habet:  
et nescio quomō illa obscuracōe cor-  
dis ad ista dilabit. ut dijs quos cō-  
fiteatur ab hōim; fieri semp̄ velit ho-  
mines subdi: et hęc futuro tēpo: e plā-  
gat auferri. Quasi quecūq; sit infelicia  
hōim; cui sua figmēta dominātur.  
Cum sit facilius ut tanq̄ deos colēdo  
quos fecit nec ip̄e sit homo: q̄ ut per  
eius cultum dii possint esse quos fecit  
homo. Citius enī fit ut homo in hono-  
re positus p̄corib; nō intelligēs com-  
petur q̄ ut op̄i dei ad eius imaginē fa-  
cto id ē ip̄i hōim; opus hōim; p̄ferat.  
Quapropter merito homo deficiat ab  
illo qui eū fecit: cū sibi p̄ficiat. Nec va-  
na deceptoria p̄nicōsa sacrilega her-  
mes egiptius quia tempus que afe-  
rentur venturū sciebat dolebat: sed tā  
impudenter dolebat. quā impruden-  
ter saebat. Non enī hęc ei reuelauerat  
sanctus sp̄s sicut p̄phetis sanctis. qui  
hec p̄uidētes cū exultacōne dicebat  
si faciet homo deos: et ecce ip̄i nō sunt  
dij. Et alio loco. Erit in illo die dicit  
dñs exterminabo noīa simulacrorū  
a terra: et iam non erit eoz; memoria  
Proprie vero de egipto qd̄ ad hanc  
rem attinet: ita sanctus ysaias p̄phē-  
tat: et mouebūtur manufacta egipti

a facie eius. et cor eorum vincetur i eis: et cetera huiusmodi. Ex quo genere et illi erat. qui venturum quod sciebant venisse gaudebant: qualis symeon. qualis anna. que mox natum iesu. qualis elizabet. que etiam conceptum in spiritu agnouit. qualis petrus reuelante patre dicens. Tu es christus filius dei vivi. Huic autem egiptio illi spiritus indicauerant futura tempora a predicacionis sue: qui etiam primum in carne domino tremetes dixerunt. Quid venisti ante tempus perdere nos? Sive quia subitum illis fuit. quod futurum quidem sed tardius operabantur: sive quia predicacionem suam hanc ipsam dicebant quod habebat ut cogniti spernerentur. Et hoc erat ante tempus. id est ante tempus iudicii quo eterna damnacione puniendi sunt cum omnibus etiam hominibus qui eorum societate detinentur sicut religio loquitur. que nec fallit nec fallitur: non sicut iste cum omni vento doctrine. hinc atque inde profatus. et falsis vera promittens. dolet quasi peritura religionem: quam postea ostendit errorem. Post multa enim ad hoc ipsum redit. ut iterum dicat de dominis quos homines fecerit ita loquens. Sed iam de talibus sunt satis dicta talia. Verum inquit ad hominem rationem redimus ex quo diuino dono homo animal dictum est rationale. Mirus enim miranda. et si miranda sunt: que de homine dicta sunt. Omnium enim mirabilium vincit admiracionem. quod homo diuinam potuit inuenire naturam etiam efficere. **Ca. xxiii.**  
**Q**uoniam ergo pauci nostri multum errabant. circa deorum rationem increduli. et non aduertentes ad cultum religionemque diuinam. inuenierunt artem qua efficeret deos. cui inuenire aduixerunt virtutem de mundi natura conuenientem: eamque miscetes quam animas facere non poterant. euocantes animas demonum vel angelorum eas in dederunt imaginibus sanctis diuinisque misteriis: per quas

idola et benefaciendi et male. vires habere potuissent. Rescio vtrum sic confiterentur ipsi demones adiurati: quomodo iste offensus est. Quoniam inquit pauci nostri multum errabant circa deorum rationem increduli: et non aduertentes ad cultum religionemque diuinam inuenierunt artem qua efficeret deos. Numquid nam saltem mediocriter eos dixit errasse ut hanc artem inueniret faciendi deos: aut contentus fuit dicere errabant. nisi adderet et diceret multum errabant. **I**ste ergo multus error et incredulitas non aduertentium ad cultum religionemque diuinam inuenit artem qua efficeret deos: et tamen quod multus error et incredulitas. et a cultu ac religione diuina aduersio animi inuenit ut homo arte faceret deos: hoc dolet vir sapiens tanquam religionem diuinam a venturo certo tempore auferri. Vide si non et vi diuina maiorum suorum errorem propteritum perdere: et vi dyabolica pena demonum futuram dolere compellitur. Si enim pauci eorum multum errando circa deorum rationem incredulitate et auersione animi a cultu ac religione diuina. inuenierunt artem qua efficeret deos. Quid mirum si hec ars detestanda quicquid fecit auersa a religione diuina auferatur religione diuina cum veritas emendat errorem fides redarguit incredulitatem: conuersio corrigit auersionem. Si enim tacitis causis dixisset paucos suos inuenisse artem que faceret deos: non inuenisset utique si quid primum rectumque saperemus attendere. et videre nequaquam illos ad hanc artem puenturos fuisse qua homo deos facit si a veritate non aberrabant. Si ea que deo digna sunt crederent. Si animum aduenterent ad cultum religionemque diuinam. Et tamen si causas artis huius nos diceremus multum errorem hominum. et incredulitatem. et animi errantis atque infidelis. a diuina religione auersionem:

utcuq; ferenda esset impudentia res-  
 stentiu veritati. Cū vero idem ipse qui  
 p̄tatem huius artis sup̄ omnia cetera  
 miratur i hoīe. qua illi deos facere cō-  
 cēssum est. et dolet venturū esse tempus.  
 quo hęc omnia deoz; figmenta ab ho-  
 minib; instituta etiā legib; iubeatur  
 auferri. Confitetur tamē atq; expris-  
 mit causas quare ad ista puentum sit  
 dicēs pauos suos multo errore et im-  
 credulitate et animū nō auertēdo ad  
 cultum religionēq; diuinā inuenisse  
 hanc artē. qua facerēt deos. Nos qđ  
 oportet dicere vel potius quid agere.  
 nisi quātas possumus grātiās dōmō  
 deo nro: qui hęc cōtrariis causis q̄ in-  
 stituta sunt abstulit. Nā quod insti-  
 tuit multitudo erroris. abstulit via ve-  
 ritatis: qđ instituit incredulitas ab-  
 stulit fides qđ instituit a cultu religio-  
 nis diuinē ausio. abstulit ad verū vnū  
 deū sanctumq; conuersio. Nec in sola  
 egipto quā solā in isto plangit demo-  
 nū spiritus: sed in omni terra que can-  
 tat dño canticū nouū. sicut vere sacre  
 et vere p̄phetice literę p̄nūciat. Vbi  
 scriptū est. cantate dño canticū nouū:  
 cantate dño oīs terra. Titulus quip-  
 p̄ psalmi huius est: quando domus  
 edificatur post captiuitatē. Edificatur  
 enī domus dño dei ciuitas. que ē san-  
 cta ecclesia i omni terra: post eā cap-  
 tiuitatē qua illos homines de quibus  
 credentib; in deū tanq̄ lapidib; vi-  
 uis domus edificatur captos demoīa  
 possidebāt. Neq; enī quia deos homo  
 faciebat. ideo nō ab eis possidebatur  
 ipse qui fecerat. quādo in eoz; socie-  
 tatē colendo traducebatur: societate  
 dico. nō ydolor; stolidoz; sed versu-  
 toz; demomoz;. Nā quid sūt ydola.  
 nisi qđ eadem scriptura dicit oculos  
 habent et nō vidēt. et quicquid tale de  
 materijs scilicet a fabro effigiatis tñ  
 vita sensuq; carentib; dicendū fuit:

Sed inimūdi spūs eisdem simulacris  
 arte illa nepharia d̄hgati. cultoz; su-  
 orū animas in suā societate redigen-  
 do miserabiliter captiuaerāt. Vnde  
 dicit apostolus. Scimus quia nichil  
 est ydolu: sed que immolant gentes  
 demomis immolat et nō deo. Nolo vos  
 socios fieri demomoz;. Post hęc er-  
 go captiuitatē qua hoīes a malignis  
 demomb; tenebātur dei domus edifi-  
 cabatur in omni terra. Vñ titulū psal-  
 mus ille accepit vbi dicitur. Cantate  
 dño canticū nouū: cantate dño oīs ter-  
 ra. Cātate dño et bñdicate nomini eius  
 bene nūciate diē ex diē salutare eius.  
 Adnūciate in gentib; gloriā eius. in  
 omnib; populis mirabilia eius: quo-  
 niā magnus dñs et laudabilis nimis  
 terribilis ē sup̄ omnes deos. Quia oēs  
 deos. Quia omnes dñi gentiū demoīa:  
 dñs autē celos fecit. Qui ergo doluit  
 venturū fuisse tempus quo auferret̄  
 cultus ydolor;. et in eos qui colerēt  
 dñacō demomoz;: malo spū instiga-  
 tus. semp̄ volebat istā captiuitatē ma-  
 nere: qua trāfacta psalmus canit edi-  
 ficari domū in omni terra. P̄nūcia-  
 bat illa hermes dolendo. p̄nūcia-  
 bat hęc p̄pheta gaudēdo: quia spūs  
 victoz; est qui hęc p̄ sanctos p̄phetas  
 canebat: etiā hermes ipse ea que no-  
 lebat et dolebat auferri. nō a prudē-  
 tibus et fidelib; et religiosis sed ab  
 errantib; et incredulif. et a cultu diuine  
 religionis auersis esse instituta: miris  
 modis coactus est ostiteri. Qui quā-  
 uis eos apellet deos. tamen cū dicit a  
 talibus hominib; factos. quales esse  
 vtiq; nō debemus: velit. nolit. ostēdit  
 colendos nō esse ab eis qui tales nō  
 sunt. quales fuerūt a quibus facti sūt  
 hoc est a prudētib; fidelib; religio-  
 sis: simul etiā demonstras. ipos hoīes  
 qui eos fecerūt sibi et impo: tasse ut  
 eos haberēt deos q̄ nō erāt dñi Verū

*[Marginal notes in a smaller hand, partially illegible]*

est quippe illud ppheticū. si faciet ho-  
mo deos: et ecce ipi non sūt dii. Deos  
ergo tales. talū deos. arte factos a  
talibus. cū appellasset hermes. id est  
ydolis demōes p artē nescio quā cu-  
piditatū suarū vinculis illigatos cū  
appellaret factos ab hominib; deos:  
nō tamē eis dedit q̄ platonius apu-  
leius vnde iam satis diximus et q̄ sit  
incōueniēs absurdūq; mōstrauimus:  
ut ipi essent inter p̄tes et intercessores  
int̄ deos quos fecit deus. et hoies quos  
idē fecit deus hinc afferēt̄ vota. inde  
munera referentes. Nō enim stultū  
est credere deos quos fecerūt hoies.  
plus valere apud eos quos fecit de-  
us: q̄ valent ipi hoies quos idē fecit  
deus. Demon quippe simulacro arte  
impia colligatus ab homine factus ē  
deus: sed tali homini non omni homini.  
Qualis est ergo iste deus quē non fa-  
ceret homo: nisi errans et incredulus  
et auersus a vero deo. Porro si demo-  
nes qui colūtur in templis per arte m  
nescio quā imaginib; inditi. hoc visi-  
bilib; simulacris. ab eis hominib; qui  
hac arte fecerūt deos cū errarēt. auer-  
siq; essent a cultu et religioe diuina nō  
sūt internūcij nec inter p̄tes inter ho-  
mnes et deos et p̄pter suos pessimos  
ac turpissimos mores. et q̄ homines  
quāuis errātes et increduli et auersi  
a cultu ac religioe diuina tamen eis  
sine dubio meliores sūt quos deos ipi  
arte fecerūt. Restat ut q̄ possunt tan-  
quā demones possint. vel quasi bene-  
ficia prestādo. magis nocētes quā  
magis decipiētes. vel apte malefaci-  
endo: nec tñ quo dlib; horū. nisi quādo  
p̄mittūtur alta et secreta dei p̄uidētia:  
non autem tanq̄ medij inter hoies et  
deos p̄ amicitiam deorū multū apud  
hoies valeāt. Diij enim dijs bonis quos  
sanctos angelos nos vocamus raz  
tionalesq; creaturas sancte celestis

habitatōis siue potestatis amici esse  
omnino nō possunt: a quibus tā lon-  
ge absunt animi affectōne: q̄ longe  
absunt a virtutibus vicia: et a boni-  
tate malicia. ¶ Ca. xxv.

**N**ullo modo igitur per demonū  
quasi medietatē ambiendū est.  
ad beniuolentiā seu beneficiā deorū  
vel potius angelorū bonorū: sed p̄ bo-  
ne volūtatis similitudinē. qua cū illis  
sumus. et cū illis viuimus. et cum illis  
deum quē colūt colimus: et si eos car-  
nalib; oculis vidē non possimus. In-  
quantū aut dissimilitudinē volūtatis  
et fragilitate infirmitatis miser sumus  
int̄ antū ab eis longe sumus vite me-  
rito nō corpis loco. Non enim quia in  
terra codicōne carnis habitamus. s; in-  
immūdicia cordis terrena sapimus:  
nō eis iūgimur. Cū vero sanamur. ut  
quales ipi sūt simus. fide illis interim  
pp̄inquamus: si ab illo nos fieri bea-  
tos a quo et ipi facti sunt etiā ipis fa-  
uentib; credimus. ¶ Ca. xxvi.

**S**ane aduertendū est: quomo-  
do iste egiptius cū doleret tēpus esse  
uenturū quo illa auferrent̄ ex egip-  
to. que fateatur a multū errātib; et in-  
credulis. et a cultu diuine religionis  
auersis esse instituta: ait inter cetera.  
tūc terra ista sanctissima sedes delubro-  
rū atq; tēploꝝ sepulcroꝝ erit mor-  
tuorū plenissima. Quasi vero si illa nō  
auferrentur. nō essent homines mori-  
turi. aut alibi essent mortui ponēdi q̄  
in terra: et vtiq; quanto plus volue-  
retur temporis et dierum tanto maior  
esset numerus sepulcroꝝ. p̄pter ma-  
iorē numerū mortuorū. Sed hoc vi-  
detur dolere q̄ memorie martirū no-  
stroꝝ templis eorū delubrisq; succe-  
derēt. Et videlicet qui hec legūt aīo  
a nob auerso atq; p̄uerso putet a pa-  
ganis cultos fuisse deos in templis:  
a nob aut colī mortuos ī sepulchris.

Tanta enim homines impij cecitate in  
montes quodammodo offendit. resq;  
oculos suos ferientes nolunt videre.  
Sed non attendat in omnibus literis  
paganorum aut non inueniri. aut vix  
inueniri deos qui non homines fuerint  
mortuisq; diuini honores delati sunt.  
Omitto quod Varro dicit omnes ab eis  
mortuos existimari manes deos. et pro-  
bat per ea sacra que omnibus fere mor-  
tuis exhibentur. Vbi et ludos memo-  
rat funebres tanquam hoc sit maximu  
diuinitatis iudicium: quod non soleant ludi  
nisi numinibus celebrari. Hermes ipse  
de quo nunc agitur. in eodem ipso libro  
vbi quasi futura pronuntiando deplorat  
ait. tunc terra ista sanctissima sedes  
delubrorum atque templorum. sepulcrorum  
erit mortuorumque plenissima: deos egi-  
pti homines mortuos esse testatur. Cum  
enim dixisset per pauos suos multum erran-  
tes circa deorum rationem incredulos. et  
non animaduertentes ad cultum religio-  
nemque diuinam inuenisse artem qua effice-  
rent deos: cui inuente inquit aduere-  
runt virtutem de mundi natura conuenien-  
tem. eamque miscentes. quam animas fa-  
cere non poterant euocantes animas de-  
monum vel angelorum eas incliderunt in a-  
gribus sanctis diuinisq; misteriis:  
per quas ydola et bene faciendi et ma-  
le vires habere potuissent. Deinde se-  
quitur tanquam hoc exemplis probaturus  
et dicit. Auus enim tuus. o asclepi me-  
dicine primus inuentor cui templum con-  
secratum est in monte libie. circa litus  
corcorum in quo eius iacet mun-  
danus homo id est corpus: reliquus enim  
vel potius totus si est homo totus in sen-  
su vite. melior remeauit in celum. Omnia  
etiam nunc hominibus adiuuata prestant  
infirmis numine nunc suo. quod solet me-  
dicine arte prebere. Ecce dixit mortuorum  
colit pro deo in eo loco vbi habebat se-  
pulcrum falsus ac fallens quod remeauit

in celum: adiungens deum de aliud. Her-  
mes inquit cuius habitum michi nomen  
est. nonne in sui cognominis patria con-  
sistens. omnes mortales vndique venies-  
tes adiuuat atque conseruat. Hic enim  
hermes maior id est mercurius quem  
dicit auum suum fuisse: in hermopolis hoc  
est in sui nominis ciuitate esse prohibe-  
tur. Ecce duos deos dicit homines fuisse  
esculapium et mercurium. Sed de escula-  
pio et greci et latini hoc idem sentiunt.  
Mercurium autem multi non putant fuisse  
mortales: quem tamen iste auum suum fuisse  
testatur. Aut alius enim est ille. alius  
iste: quamuis eodem nomine nuncupentur.  
Non multum pugno: alius ille sit: alius  
iste. Verum et iste sicut esculapius ex  
homine deus. Secundum testimonium  
tantum apud suos viri buuis termegis-  
tri nepotis sui. Adhuc addit et dicit.  
Sim vero phidam: quam multa bona pre-  
stare precia: quam obesse sanus iras-  
tam. Deinde ut ostenderet ex hoc ge-  
nere esse deos quos illa arte homines  
faciunt. Unde dat intelligi demones  
se opinari ex hominum mortuorum animis  
extitisse. quos per artem quam inuenerunt  
homines multum errantes increduli et  
irreligiosi ait in ditos simulacris qua-  
bus qui tales deos faciebant animas  
facere non vique poterant: cum de phidam  
dixisset quod commemorauit: quantis ob-  
esse sanus iratam. secutus adiunxit.  
Terrenis etenim dijs atque mundanis fas-  
cile est irasci: ut potest quod sunt ab hominibus  
ex utraque natura facti atque compositi.  
Ex utraque natura dicitur ex anima et cor-  
pore: ut pro anima sit demon: pro cor-  
pore: simulacrum. Unde contingit in-  
quit ab egyptijs hec sancta animalia  
nuncupari: colique per singulas ciuitates  
eorum animas quorum sunt consecrate vi-  
uentes. Ita ut eorum legibus incolantur:  
et eorum nominibus nuncupentur. Vbi est il-  
la velut querebra luctuosa. quod terra egypti

sanctissima sedes delubrorum atque templorum sepulcrorum futura esset mortuorumque plenissima. Nempe spiritus fallax cuius instinctu hermes ista dicebat. pro eum ipsum coactus est confiteri iam tunc illam terram sepulcrorum et mortuorum quos pro diis colebant fuisse plenissimam. Sed dolor demonum pro eum loquebatur qui suas futuras penas apud sanctorum martirum memorias inuenire merebant. In multis enim talibus locis torquentur et confitentur: et de possessis hominum corporibus eiciuntur. ¶ Ca. xxvii.

**N**ec tamen nos eisdem martiribus templa sacerdotia sacra et sacrificia constituimus: quoniam non ipsi sed deus eorum nobis est deus. Honoramus sane memorias eorum tanquam sanctorum hominum dei qui usque ad mortem corporum suorum pro veritate certarunt ut innotesceret vera religio. falsis factisque diuitis: quod etiam si qui antea sentiebant: timendo reprimebant. Quis autem audiuit aliquem fidelium stantem sacerdotem ad altare et super sanctum corpus martiris ad dei honorem cultumque instructum dicere in precibus offero tibi sacrificium pro te vel pro paulo vel cipriano. cum apud eorum memorias offeratur deo qui eos et homines et martires fecit. et sanctis suis angelis celestis honore sociavit: ut ea celebritate et deo vero de illorum victoriis gratias agamus. nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum eodem inuocato in auxilium ex illorum memorie renouatione adhortemur. Quicunque igitur adhibentur religiosorum obsequia in martirum locis. ornamenta sunt memoriarum: non sacra vel sacrificia mortuorum tanquam deorum. Quicunque etiam epulas suas eo deferunt. quod quidem a christianis melioribus non fit. et in plerisque terrarum nulla talis est consuetudo: tamen quicunque id faciunt quasque cum apposuerint orant et auferunt ut vescantur vel ex eis etiam indige-

ntibus largiantur: sanctificari sibi eas volunt pro merita martirum in nomine domini martirum. Non autem esse ista sacrificia martirum nouit. qui nouit unum quod etiam illic offertur sacrificium christianorum. Nos itaque martires nostros nec diuinis honoribus nec humanis criminibus colimus. sicut colunt illi deos suos: nec sacrificia illis offerimus. nec eorum probra in eorum sacra ouertimus. Nam de yfide vxore osyris egyptia dea. et de parentibus eorum qui omnes reges fuisse scribuntur quibus penibus suis illa cum sacrificaret inuenit ordei segetem atque inde spicas marito regi et eius consiliario mercurio demonstrauit: unde eandem et cererem uolunt: que et quanta mala non a poetis sed mysticis eorum literis memorie mandata sunt: sicut leone sacerdote pendiente ad olympiadem matrem scribit alexander legat qui uoluit uel possunt. et recolant que legerunt: et uideant quibus hominibus mortuis. et de quibus eorum factis tanquam diis sacrificia sunt instituta. Absit ut eos quatuor deos habeant sanctis martiribus nostris quos tamen deos non habemus uel ex parte audeant comparare. Sic enim non constituimus sacerdotes. nec offerimus sacrificia martiribus nostris. quia incongruum. indebitum. illicitumque est: atque unum deo tantummodo debitum: ut nec criminibus suis nec ludis eos turpissimis oblectemus: ubi uel flagicia isti celebrant deorum suorum si cum homines essent et alia commiserunt: uel confecta delectamenta demonum noxiorum. si homines non fuerint. Ex isto genere demonum socrates non haberet deum: si haberet deum. Sed fortasse homini ab illa arte facienda deos alieno et innocenti illi importauerint tale deum: qui eadem arte excellere uoluerunt. Quid ergo plura? Non esse spiritus istos colendos propter uitam beatam que post mortem futura est: nullus uel

mediocriter prudens ambigit. Si  
fortasse dicturi sunt deos quod esse  
omnes bonos: demones aut alios ma-  
los alios bonos. Et eos per quos ad  
vitam in eternum beatam perveniamus con-  
suetos esse censebunt: quos bonos  
optantur. Quod quale sit: iam involun-  
tate sequenti videndum est.

**Explicit liber octavus.**

**Incapitula libri noni.**

- i **Ad quem articulum disputatio  
promissa pervenerit et quia discus-  
tendum sit de residua questione**
- ii **An inter demones quibus dii  
superiores sunt sit aliqua pars  
bonorum quorum profectio ad veram  
beatitudinem possit anima huma-  
na pervenire.**
- iii **Que demones apuleius as-  
scribat quibus cum ratione non  
subtrahat nichil virtutis as-  
signat.**
- iiii **De perturbationibus que anime  
accidunt que sit peripateticorum  
stoicorumque sententia.**
- v **Quod passiones que christianos  
animos afficiunt non in vicium  
trahant sed virtutem exerceant**
- vi **Quibus passionibus demones  
offenduntur apuleio aguntur quo-  
rum opera homines apud deos as-  
serit adjuvari.**
- vii **Quod platonici fingunt po-  
etarum infamatos deos asserant  
de quorum studiorum certamine  
heptem demonum non deorum sint**
- viii **De diis celestibus et demonibus  
aeris hominibusque terrenis apu-  
lei platonici diffinitio.**
- ix **An amicitia celestium deorum per  
intercessionem demonum possit  
hominum provideri.**
- x **Quod secundum platonis sententiam**

- minus miseri sunt in corpore mor-  
tali quam demones in eternum.
- xi **De opinione platonico-  
rum qui putant hominum animas demones  
esse post corpora.**
- xii **De eternis contrariis quibus  
secundum platonicos demonum ho-  
minumque natura distinguitur.**
- xiii **Quomodo demones si nec cum diis  
beati nec cum hominibus sunt mi-  
seri inter utraque partem sine utri-  
usque communi-  
one sint medi.**
- xiiii **An homines cum sint mortales  
possint vera beatitudine esse fe-  
lices.**
- xv **De mediocritate dei et hominum  
homine christo ihesu.**
- xvi **An rationabiliter platonici dif-  
ferunt deos celestes declina-  
tes terrena concupiscentia hominibus  
non misceri quibus ad amicitiam  
deorum demones suffragentur.**
- xvii **Ad consequendam vitam beatam  
que in participatione est summi  
hominum non tali mediatore indige-  
re homines qualis est demon  
sed tali qualis est unus christus**
- xviii **Quod fallacia demonum dum sua  
intercessione viam spondet ad  
deum hoc admittatur ut homines  
a via veritatis auerant.**
- xix **Quod appellatione demonum iam  
nec apud cultores eorum assumat-  
ur in significatione alicuius  
boni.**
- xx **De qualitate scientie que demo-  
nes superbos facit.**
- xxi **Ad quem modum dii voluerit  
demonibus innotescere.**
- xxii **Quid intersit inter scientiam  
sanctorum angelorum et scientiam  
demonum.**
- xxiii **Nomen deorum falsorum falso as-  
scribi diis gentium quod tamen et  
angelis sanctis et hominibus**